

SPECIMINIS ACADEMICI,  
DE REVELATIONE,  
PARS PRIOR, SIVE PHILOSOPHICA.

---

CUJUS CONTINUATIONEM  
CONS. FAC. PHIL. IN REG. ACAD. ABOENS<sup>I</sup>,  
PUBLICO EXAMINI MODESTÉ OFFERUNT

*FRANC. MICH. FRANZEN,*

PHIL. PRACT. ET HIST. PROF. REG. ET ORD.

ATQUE

*JONAS PERON,*

WIBURGENSIS.

In Audit. Maj. d. 4 Junii 1803.

Horis p. m. confvetis.

---

*ABOÆ, typis FRENCKELLIANIS.*

VIRO AMPLISSIMO,  
DOMINO CAROLO FREDERICO  
GYLLING,

CAMERARIO PROVINCIALI PRÆFECTURÆ KYMMENEGÅRDENSIS

PATRONO SUO INDULGENTISSIMO,

*Monumentum pietatis, animique, beneficiorum diutius jam  
perceptorum nunquam immemoris, pagina bacce ponere,  
quale potuit, voluit*

NOMINIS SUI

*cultor devotissimus*  
JONAS PERON.

optimo & destinatione hominis confirmat ideam; Potentem quidem & sapientem ostendit terrae & cœli artificem, atque cum propitium tum iratum omnium animalium dominum, sed neque omnipotentem & omniscium universi creatorem & gubernatorem, neque justum & sanctum generis humani legislatorem & judicem, ne unum  $\delta$ ) quidein hujus a nobis cogniti orbis, minime vero omnium possibilium orbium auctorem & regem. Mundi autem optimi ideam, quæ ex idea entis perfectissimi necessarie fluit, notio nostra de mundo reali nequam confirmat: qui mali abundat & physici & moralis. In circulo demonstrandi versantur, qui Dei conceptum ex hoc mundo, ut optimo, hauriunt, hunc vero optimum esse, ex auctoris perfectione judicant. Nullum denique adest documentum reale destinationis uniuscujusque hominis ad felicitatem virtute obtinendam, perfectam, ac æternam: nam & maxima pars hominum vel in infantia vel in barbarie moritur; & ex illis, quorum exculta est ratio, pauci virtutem exercent; & ex his nemo certus esse potest, se in hac vita felicitatem, quam virtus sua meretur, adepturum fore; futuræ autem vitæ ne minimam quidem spem quotidiana experientia præbet: nemo enim mortalium, historia profana teste, e mortuis reversus, vita post mortem testimonium tulit.

## C

## §. 5.

---

$\delta$ ) Si enim homines consilia & vires suas ad unum efficiendum artificium vel dirigendum opus conjungunt, cur non diu, multo perfectiores? Frustra igitur unitas dei a naturæ unitate derivetur, si etiam hæc probari posset. Quomodo autem hanc scire possumus, qui primum non nisi particulam universi cognoscimus; deinde ne hujus quidem consilium & sistema sola experientia invenire valimus. Nonne hæc potius ad plures ejus dominos, inter se discrepantes, duos saltē, bonum & malum, credendos, hominem, revelatione destitutum, omni tempore duxit? Non igitur est nisi a ratione ipsa, universum ut unum cogitante systema, conceptus unitatis dei oriundus.

Practicam vero solitura questionem, omni rationis compoti, ratio hoc præcipit: primum tibi ipse consentias, legi obediendo universaliter probabili, deinde cum sensualis tua natura felicitatem non minus poscat, quam rationalis virtutem, ideam de summo bono (h. e. de summa felicitate, summa beante virtutem), in mente tua conceptam, fide subiectiva in moralē universi ordinem, homini in vita futura a deo omnipotente & sancto objective exhibendum, loveas & in actiones tuas efficacem reddas. — Num vero practica hæc philosophia, magis quam theoretica illa, realem habet veritatem?

Ex iis, quæ supra diximus, mox constat, alteram ejus partem, quæ religionem continet, a communī experientia haud sufficiens obtinere veritatis testimonium. Neque summum illud bonum hæc vita nobis præstat, neque moralē illum ordinem ejusque conditiones, dei (talis scilicet, qualem ad illum præstandum eum esse oportet) existentiam atque animi humani immortalitatem, hæc rerum natura, quam nos cognoscimus, fatis confirmat. Nulla igitur restat quæstio nisi de ipsa lege morali: Primum an veritas ejus objectiva sit & realis? Deinde, an ex ea, suo stante certo & inconcluso principio, veritas religionis necessarie fluat?

Utrumque affirmat philosophia critica: an vero apodictice demonstravit? Minime quidem negamus, eximii esse pretii omnes a Kantio factas in principia rationis humanae inquisitiones, atque in re morali præsertim novam aperuisse lucem, ad veram hominis destinationem illustrandam, præ omni alia philosophia idoneam. In ipso systemate tamen, quod formaliter superstruxit principio, & rem moralē & religionem eo solo constitutus, cum contradictionem latere, tum petitionem principii,

cipi, non adversarii tantum scholæ suæ jamdiu observarunt, sed defensores etiam, oliv acerrimi, nunc concedere incipiunt *l).* Contradiccio est: cum ex una parte urgetur, nihil empirici voluntatem nostram sicut re debere, ex altera vero summum bonum, in cuius ideam notio empirica felicitatis ingreditur, pro scopo nostro ultimo ponitur *m).* Petatio principii est: cum dei existentia & animi immortalitas ad possibile efficiendum id, quod lex moralis præcipit, postulantur: de illis autem omnis persuasio e necessitate obedientiae legi moralis præstandæ derivatur *n).*

Cum igitur hanc systematis religioso-moralis infirmitatem ipsi philosophi critici non possent non sentire: multi eorum, sibi constantes, omnem rejicerunt religionis respectum in con-

C 2

situ-

*l)* REINHOLDIUS e. c. Vide ejus *Beyträge zur leichtern Uebersicht des Zustandes der Philosophie beym Anfange des neunzehnten Jahrhundert.* Hanib. 1801. Cfr. Recens. hujus libri in N. Alg. Deutsche Bibliothek, Vol. 69. p 385. Multa, quæ hic, præcipiuus olim philosophia Kantiana præco, contra eam nunc observat, jamdiu a primis ejus adversariis, atque in iisdem, quas, citavimus ephemeridibus, observat sunt. Vide e. c. recensionem famosi ejusdem auctoris libri: *Briefe über die Kantische Philosophie,* in Vol. 10. p. 3. seqq.

*m)* Ein durch das moralische Gesetz bestimmter Wille hat alle Lust und Unlust aus seiner Triebfeder ausgeschlossen, und nichts, was sich ohne Lust und Unlust nicht denken lässt, folglich auch jenes höchste Gut nicht, kann für diesen Willen Objekt werden, ohne dass es aufhöre der durch das moralische Gesetz bestimmte Wille seyn und heißen zu können. Wie aber ein ohne das empirische Ingrediens nicht denkbares Objekt dem durchs moralische Gesetz bestimmten Willen a priori gegeben seyn können, vermag wohl eben so wenig verstanden als begriffen zu werden. REINHOLD I. c. Cfr. Alg. Deutsche Bibl. Vol. 69. p. 386.

*n)* GARVE I. c. T. I. p. III. T. V. p. 35.

stituenda meta, in quam intendere debeat totum genus huma-  
num: cuius itaque cultura tum esset perfecta, cum nulla o-  
mnino ad honeste vivendum religione indigeret. Quæ da-  
mnanda theoria, cum hoc præcipue nitatur principio, quod  
ipsa cogitandi actio sit causa efficiens vel creatrix & mentis  
cogitantis & totius mundi sensibilis: in ea refutanda non mo-  
rabimur. Quod vanum etiam foret tentamen, cum omnis no-  
stra philosophia e contrario exierit principio, e persuasione:  
scilicet fani intellectus de differentia inter cognitionem & ex-  
istentiam. Si omne objectum ideale esset, & ex autonomia  
rationis penderet: inutilis omnino foret questio: an formale  
honesti principium veritatem habeat objectivam? Sed cum  
multi, qui inter ideam & rem distinguunt, tamen contendant,  
non opus esse ad virtutem, nisi lege ita a priori præcipiente,  
quæ igitur non logicam tantum, sed realem etiam habeat ve-  
ritatem: necesse est ut contrarium ostendamus, si in nostra  
manere volumus thesi.

## §. 4.

Quem theoreticæ rationi Kantius denegavit idearum ejus  
valorem objectivum (id præcipue crisi sua prima, *Kritik der  
reinen Vernunft* intendens): cundem ille practicæ adjudica-  
vit. Sed quo jure? Num alia est ratio practica, quam theo-  
retica? Nonne una eademque sunt facultas & propensio men-  
tis humanæ, e rebus, quarum sibi conscientia est, utrum & to-  
tum regulis universalibus connectendi o). Qua igitur alia  
differunt re, quam materia: quæ huic est id quod esse & posse esse  
cogitatur, illi vero id, quod a nobis, quatenus liberos nos  
sentimus, fieri debere judicamus? Sublata autem materiis, quæ  
tota

<sup>o)</sup> Aliud est ratio, qui legem voluntati proponit, aliud voluntas,  
quæ hac lege determinatur.

tota empirica est lex moralis, quid continet: præter formam legis, sive conditionem, sine qua non sit lex, universalis scilicet agendi regula? Hæc vero sola forma (universalitas), unde vim sumit obligandi, nisi e principio contradictionis? Sentio scilicet, me ipsum mihi contradicere, si legi, quam universalē esse, h. e. omnibus obediendam, ipse statuo, non obediām. Nullam vero ratio fert contradictionem. Quatenus igitur rationis mēt̄ conscius sum, non possum non sentire, me *debere* legi obsequi, quam pro lege habeo. Ideoque nihil aliud est formale illud honesti principium (de cuius veritate logica nemo fanus dubitare potest) nisi principium contradictionis, ad actiones liberas applicatum. Hoc vero principium logicē tantum valere, nec realitatem ullius objecti extra mentem humanam constituere posse, critica philosophia ipsa demonstravit. Unde patet, morale quoque principium, quod illa definit, non nisi logicam habere veritatem, in idea tantum subjectiva manente (*p.*)

Sed suscit forte nobis sola hæc idea honesti ad virtutem revera in vita nostra præstandam, atque ita, si moralem in orbe sensibili efficit actionem, realem etiam induit veritatem. Plura sunt argumenta, quæ hoc affirmare videntur. Primum, actiones morales liberae sint, necesse est; liberae autem esse nequeunt, nisi causa, quæ voluntatem fletit, in originaria latet ipsius mentis vi, adeoque mera idea sit. Si enim ali-

C 3

quid

*p)* Gesetzt auch dass die praktische Vernunft nicht eben dadurch, dass sie die Glückseligkeit postulirt, sich selber ausöhbe: so konnte doch wenigstens das durch diese Vernunft postulierte nicht mehrere, und keine andere Realität haben, als diese postulirende Vernunft selber hat. Die Realität des postulirten Fürwahrhaltens kann daher auch nur subjektiv seyn, gleich wie die postulirende Vernunft zur die absolut subjektive Thätigkeit in Subjekte des Bewußtseyns ist.  
REINHOLD I. c. A, D. B. p. 387.



quid in homine est a necessariis naturæ legibus solutum, id interne oriri, neque per sensus externos in mente ingredi oportet. Omni vero rationis compoti persuasionem esse, se liberam habere voluntatem; est factum historicum, de cuius veritate nemo dubitare potest. Deinde, aliter a nobis reprobatur cogitatio sibi ipsi non contentanea, aliter actio injuncta vel nostra vel aliena. Qui male cogitat, eum non melius cogitare posse, dolemus aut ridemus; sed, qui male agit, eum non melius agere velle, indignamur. Ipsi autem, si nobis conscientia fumus, non cohaerere res, quas scimus & credimus, ægre quidem id fecit animus noster, nec in cognitione illa, sibi contraria, acquiescit; sed eum tamen non senit pudorem & pœnitentiam, quam conscientia actionis contra legem patræ apud homines efficit, in quibus omnem honesti sensum cupidines dominantes & turpis confuetudo nondum suffocarunt. Nonne igitur constat, meram ideam rationis non modo voluntatem flectere posse, et si hæc a necessitate illa, qua intellectum obstringit principium contradictionis, libera sit, sed sensum etiam in animo movere, in physicam quoque hominis naturam efficacem, (moralem illum sensum, vulgo appellatum)? Objecit enim denique induit necessitatem & universalitatem legis moralis idea: cum, quia practica est, h. e. actionem præcipit in orbe phænomenorum eliciendam, tum, quia omnes obligat rationis compotes, qui in eodem agunt; utrumque autem frustra faceret, si nullum haberet nisi in cogitatione subiecti valorem.

Quod ad primum atinet argumentum, haud quidem negamus, hominem liberum se habere, quia moralem agnoscit obligationem. Nulla tamen sapientia humana unquam intelligere & ostendere potuit, quomodo ens organicum & physicæ animans, cujus tota vita non est nisi monsumentum undæ qualis, undam in immenso spatii & temporis oceano trudentis, voluntatem

fatem habeat, ab externa rerum natura ejusque legibus necessariis solutam. Si igitur in homine causa sit aliqua optandi, ut non sit liber: nonne facile pereat tota illa persuasio de libertate sua, ne intelligibili quidem, minime autem demonstrabili? Tales autem causas sensualis hominis natura, rationi contrarians, perpetuo gignit.

Deinde pudor & pœnitentia, quam lege morali infraicta sentimus, non inde tantum oritur, quod lælo principio contradictionis, læla sit ratio, sed inde etiam, quod crimen nostrum vel finem quandam & ordinem naturæ violaverit, vel dampnum quoddam in societate humana efficerit, vel alium habuerit effectum, quem approbare non possumus. Hoc nemo nostrum negabit, qui in se ipsum animum suum converterit: nam valde diversos cum e diversis delictis, tum e diversis ejusdem delicti vel causis vel effectibus sentimus conscientiae dolores. In formalem autem honesti definitionem, cuius solius respectus omnia crimina æqualia reddit, nullæ tales ingrediuntur considerationes materiales & empiricæ.

Quod postremum denique spectat argumentum, ejusque primum momentum, quod lex moralis causa fiat actionis realis: probe notandum est, ipsam formam ejus, quæ idealis est, solam id nunquam efficere posse. Nempe, ut actio quædam realis ad legem adaptari posit, hæc aliquam materiam contineat, & speciale aliquod agendum vel omittendum præcipiat necesse est. Nullum vero materiale præceptum, nisi externa considerata rerum natura, constitui potest. Quamprimum igitur

q) Explicationem rationis, qua homo liber est, a Kantio ipso, qui tamen omnem suam philosophiam lege morali, quæ sine libertate nulla foret, superstruxit, impossibilem haberi & statui, nemo ignorat, qui vel paululum in philosophiam suam inspexit.

gitur lex moralis certam mihi jubet actionem, e. c. ut misero succurram, ex ideali egreditur orbe, & realem respicit phænomenorum mundum, inde causam deponens præcepti. Qui itaque misero succurrit, quia id officium suum esse sentit, non forma tantum legis, sed ejus materia etiam movetur: atque si p[ro]p[ter]e p[re]sentior est hujus notio & efficacior, quam illius idea. Qui homini, in omnem lapso, subito manum porrigit auxiliatricem, objecti in sensus suos agentis magis sibi conscientis est, quam legis a ratione latæ. Constat igitur virtutis ideam vere practicam non fieri, nisi aliquid empirici etiam in sensus nostros agens, contineat. — Quod autem universalitatem legis moralis spectat: id quidem certum est, quod formale honesti principium ab unoquoque, ratione sua utente, omnibus ratione utentibus commune haberi oportet: similiter ac principium contradictionis, quo sublato, tollatur ratio. Sed quod jami satis observavimus, sola forma legis ad actionem non sufficit. De hac vero omnes minime consentiunt, cum admodum diversa sit experientia diversorum temporum, locorum, gentium & individuorum. Universalitas igitur legis moralis objectivam huic addere veritatem minime potest; cum scilicet non valeat nisi de ideali tantum legis forma. Verum quidem est, nos aut vi, aut jure imperfecto saltu, ab aliis exigere posse, ut nihil faciant, quod legi non convenit, quam omnibus, ut illis, sic nobis, esse observandam judicamus. Alii autem eandem in nos habent potestatem. Si itaque illi contrariam ex sua persuasione statuunt legem, exspectatio oritur ex utraque parte iusta, eti contraria: ex qua etiam, si de juribus perfectis quæstio fuerit, bellum nascatur, ex utraque parte legitimum. Quæ igitur est universalitas legis moralis in orbe reali? Quæ necessitas ejus respectu materiæ suæ? Quæ justitia objectiva, quam sine empirica ratione efficiat?

Verbo, (ne longiores simus): si nullus fiet respectus ad exteras res, in quatum orbe sensibili, humano generi, non rationali tantum, sed etiam sensuali, agendum eit; lex moralis, a priori lata, nil continebit, niti ideam mere logicam & subiectivam harmoniae a quovis rationis compote, in desideriis & actionibus non minus quam in cogitationibus, querendae & servandae. Ut vero haec idea in actiones efficax sit, atque reale efficiat virtutis studium: externa rerum natura ei consentiat, necesse est, atque experientia ostendat, id quod morale appellamus, esse rem, quae existat, non cogitetur tantum.

### §. 5.

Quid igitur de realitate virtutis docet experientia? Quod primum materialem honesti definitionem spectat, notissimum eit, de ea omni tempore inter sapientes fuisse quaestio-nem, frustra agitatam, (nec hodie distinctione principii formalis a materiali, quod satis jam monuimus, sublatam). Cer-te, si finis universalis & constans, in quem genus humanum definitum sit, ex empirica rerum naturae consideratione indubie intelligi poscit: ille materiale constitueret honesti principium. Sed neque felicitas terrestris, neque cultura ingenii pro fine omnium statui potest. Minimae hominum parti, vel unam vel alteram obtinere, datur. Neque pendet ab unoquoque, se felicem in terra reddere, vel suum excolare ingenium. Præterea haec bona non nisi morali conditione queri possunt. Oportet igitur hanc jam esse definitam. Nonne vero ordo naturae est norma & exemplum rationis humanæ? Sane, si eum vere cognoscamus. Sed incerta est cognitio ejus, atque in diversis hominibus valde diversa. Atque contraria saepe ex ea effluunt officia. Jubet e. c. ordo naturae, ut pars pro toto moriatur, civis pro civitate. Jubet vero etiam, ut quisque se ipsum, quantum poscit, perficiat. Sed mors (sublata animi immor-

immortalitate, de qua tacet natura) omnem perfectionem finit. Videtur quidem, non negamus, ad conscientiae subjectivae satisfaciendum sufficere, si quisque pro individuali sua cognitione orbis, in quo vivit, id tantum faciat, quod in eo universaliter conveniat legislationi. Sed, si dubia est conscientia, & collisiones officio-um existunt: animus non potest non affigi, & necessitatem legislationis positivae ad se consolandum sentire. Neque omnino adeo certa esse potest, ut nullum existat dubium in homine, considerante, quam auctis finibus circumscripta sit cognitio ejus. "Etsi hoc justum mihi videtur, sibi dicet: num per se justum est? Nonne forte noxia est iustitia mea? Num haec, quam ego sequor, harmonia, universi harmoniae sentit? Num rationi convenienter ago, quae omnia ordinavit & ordinat?" In honestissima mente tales oriantur questiones, necesse est, eoque magis eam sollicitabunt, quo honestior est. Neque ulla eas solvet sapientia humana: nisi signum advenerit coelestie providentiae divinæ, illius confirmantis statuta.

Deinde autem, quod hic maxime memorandum est, si vel ita definitur virtus, ut quisque eam persequi posse videatur: nulla tamen experientia probat, aliquem mortalium revera fuisse vere honestum. Nonne honestas in animo consistit? Quis vero nisi deus animum scrutatur? Ne externam quidem virtutem, plurimi homines affectant. Internam vero ne posse quidem ab hominibus perfectam praestari, empirica ratio nos satis superque docet. Sensualem enim hominis naturam in perpetua pugna cum rationali, omnis ejus scientia & historia exhibet. Quatenus sensualis est, non potest non suam querere felicitatem: haec vero, (talis scilicet, quali ens, quod malum physicum sentit, necessarie eget), virtute haud semper obtinetur. E contrario sui commodi studium virtutis studio maximum & præcipuum plerumque est impedimentum.

Non igitur potest, quin sibi ipse querat: "Unde sum? Quis me hic constituit? In quem finem? Cur hoc duplicitis meæ naturæ certamen me perpetuo sollicitabit? Cur non brutorum animantium more tranquillam degere vitam, mihi dicit? Neque rationem meam, quæ virtutem mihi exercendam injungit, neque corpus meum, cuius me agitant usus & cupidines, neque terram, in qua vivo, neque elementa, quæ me vexant, neque fortunam, quæ mihi illudit, ipse creavi vel guberno. Cur igitur virtutem felicitati meæ præferam? Cur conscientie mortuum magis, quam paupertatis, servitii, ignorantiae, doloris multo acerbiores timeam sensus? (acerbiores sci licet, si nil me obstringit, nisi rationis meæ autonomia). Cur ideæ causa, in mente tantum cogitatæ & nulla confirmataæ experientia, reale quod sensibus experior bonum, stultus cœmittam? Cur non potius prudens voluptate fruar, qua possim, maxima & longissima, usque dum mors omnem meam finiat existentiam?"

Hæ vero omnes quæsiones quorsum ducunt, nisi ad religionem? Nonne clare elucet, rem moralè per se solam si ne persuasione de dei existentia & animi immortalitate firmo non stare principio? Num igitur recte docetur, hanc ab illa totam esse derivandam? Nonne potius ex his omnibus patet, religionem & virtutem esse sorores geminas, (si metaphoram, ab aliquo adhibitam, continuare nobis licet), in nativitate sua ita coniunctas, ut una moriente altera etiam moriatur: unius scilicet rationis filias, sed in sensibili mundo ab experientia nutriendas, hac vero non nisi ad infantiam earum alendam sufficiente, a revelatione educandas & in cœlestem referendas domum. Utraque enim a lege rationis unum & totum connectendi nascitur, neque una ab altera separari potest. Quatenus rationalis sumus, æque necessarium nobis est, ut universi harmoniam (omnium rerum cum omnibus nexum), sub idea dei cogitemus, ac, ut actionum nostrarum harmoniam



sub idea virtutis nobis concipiamus. Frustra nobis jubeat ratio practica, ut nobis ipsi consentiamus, & ad totum, quod cognoscimus systema, nos conformemus, nisi theoretica ratio nobis persuadeat, esse omnium rerum systema rationale & sanctum. Haec autem, si necessarie polcit, ut credamus, omnia omnibus a Deo conciliari: necessarie etiam nos jubet, quatenus liberi sumus, ut ad consensum istum universalem conducamus <sup>r).</sup> Ideoque a se invicem inseparabiles sunt virtus & religio; neque ulla est a priori unius praे altera veritas & necessitas. A posteriori autem, idem honesti notio sensualis hominis naturæ æque contrariatur, ac idem Dei notio mundi hujus, a nobis cogniti. Cur igitur illa magis valeat, quam haec? Num, quia practica est? Sed practica est etiam, quæ illi contrariatur, notio felicitatis sensualis. Neque, si demonstrationem mones, libertas moralis magis demonstrari potest, quam existentia dei. Utrumque objectum orbem phænomenorum æque transcendent. Si de illo non valet conclusio a cogitari ad esse, cur de hoc valeat?

Cum igitur constet, & virtutem & religionem necessarias quidem esse rationes humanæ ideas, sed ordinariam rerum naturæ experientiam, quæ nil ostendit nisi injustitiam fortunæ, vitia hominum & mortem omnium animantium, realem illis non addere veritatem: quis neget, revelationem, quæ hoc præstat, esse mortalibus quam maxime exceptandam? Nisi forte contendat: omnes homines aut mere sensuales esse, nec aliud curare posse & debere, quam physicam & politicam suam existentiam; aut mere rationales, nec nisi idealis mundi incolas, qui ab omni actione alieni, atque meditationi tantum dediti, idea

<sup>r)</sup> Cfr. FRIDER. KÖPPEN über Offenbarung in Beziehung auf Kantische und Fichtische Philosophie, 2:te Ausgabe Lübeck und Leipzig 1802. p. 23. & sqq.